



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

XLIV. Bischof Wilhelm von Kamin vereignet dem Kloster Lehnin die
Zehnthebung von 250 Hufen im Lande Zehden in der Umgebung der Seen
Bitzenitz und Narst, am 29. März 1248.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

denburch et alii quam plures. Acta sunt hec Anno domini M^o. CC^o. XLVII^o., Ind. V^a. Epacta XII^o.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives.

XLIII. Herzog Barnim von Pommern schenkt dem Kloster Lehnin Bellinchen im Lande Zehden mit 30 Hufen Landes und dem See gleichen Namens, i. J. 1248.

Parvum Belyn intra Cedene cum XL mansis et uno stagno, quod Belin vocatur, Barnimus Dux Slavorum contulit monasterio in Lenyn cum omni jure Anno 1248.

Altes Verz. Lehniner Urkunden. — Gercken VII, 339 hat Pratum Belyn.

Barnim, dux Slavorum, donavit cenobio Lenin in terra Cedene villam Parvum Belin cum 40 mansis et uno stagno A. 1248.

Neueres Verz. Lehniner Urkunden.

XLIV. Bischof Wilhelm von Kammin vereignet dem Kloster Lehnin die Zehnthebung von 250 Hufen im Lande Zehden in der Umgebung der Seen Wigenitz und Narst, am 29. März 1248.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Wilhelmus, Dei gratia Caminensis episcopus, universis in Christo fidelibus presentibus et futuris in perpetuum. Quum hominum facta per velocem temporis et etatum cursum obscurantur, nisi scriptis autenticis posterorum memorie commendantur; id circo habundantis cautele suadet utilitas, ut, qui vult piis muneribus seu oblationibus aut donis consequi salutem, ipsam tradere studeat per scripta sua notitie posteritatis. Hinc est, quod quoslibet Christi fideles scire cupimus, quod ecclesie beate virginis in Lenin fratribusque ibidem Deo famulantibus de consensu et approbatione fratrum nostrorum canonicorum Caminensium, decimam ducentorum et quinquaginta mansorum in territorio Cedenenfi circa stagnum Vitenitz et circa stagnum Narst cum eisdem stagnis et omnibus atinentiis, scilicet pratis, pascuis et nemoribus et cum omnibus utilitatibus, que inde nunc emergunt aut futuris temporibus emerfure sunt, libera et perpetua donatione contulimus possidendam, ut exinde nostri memoria ac successorum nostrorum a fratribus ejusdem loci habeatur. Hanc igitur donationem nostram firmam decernentes haberi et perpetuis temporibus inconvulsam a nullo penitus irritandam ipsam presenti scripto ac sigillorum nostrorum munimine decrevimus communire. Testes sunt Wartizlaus Dux Pomeranie, Conradus summus Prepositus, Florentius antiquus prepositus, Godefridus decanus, Theodoricus thesaurarius, Matheus canonicus, Johannes Canonicus, Hermannus et Hermannus, Fridericus, Adolphus et Johannes Canonici. Datum anno gratie M^o. CC^o. XLVIII^o. IIII Kal. April., Pontificatus nostri Anno primo.

Nach einem Transsumte vom J. 1270. Das Original der Urkunde des Bischofs Wilhelm von 1248 befindet sich im Geh. Staats-Archiv, jedoch stark beschädigt und daher theilweise unleserlich.